

ERNESTVS TENZELL,³⁹

J. V. D.

1723, 24

27

EMINENTISSIMI AC CELSISIMI PRINCIPIS ELECTORIS
MOGVNTINI CONSILIARIVS REGIMINIS. IUDICII PROVIN-
CIALIS ERFORDIENSIS ASSESSOR, AC DICTÆ CIVITATIS
CONSVL PRIMARIUS,

COLLEGII JCTORVM H. T. DECANVS,

AD LECTIONEM SOLEMNEM QVAM VOCANT CVRSORIAM

SUPER

L. 77. §. 20. ff. de Legatis 2.

ET

DISSERTATIONEM IN AVGVRALEM

DE

CONVENTIONIS REVO-
CATIONE,

Von Auskündigung der Eoppel Sagt/

A
DOMINO

JOAN. CHRISTOPHORO OTTONE,

Nordhusano,

Not. P. C. & Adv. Sax. Elect. immat. nec non Pract. Altenb.

J. V. CANDIDATO,

D. IX. IULII. A. M DCC XXIII.

IN AUDITORIO JCTORVM MAJORI

HABENDAS,

Decenter invitat.

ET

QVANTVM PRO PAGELLARVM ANGVSTIA LICVIT

DE

COMMVNIONE PERPETVA

DISSERIT.

ERFORDIAE, Typis GROSCHIANIS, Acad. Typogr.



Onum quidem, & jucundum est, fratres habitare in uno, sed nimis rarum! Iude odiosa adeo in jure est Communio, ut nemo invitus in communione manere teneatur, sec. effatum ULPIANI in l. 26 §. 4.

ff. de Cond. Ind. Cum communio

discordias excitare soleat, l. 77 §. 20. ff. de leg. 2. Inde matrem eam discordiae, & immensarum contentio-
num, ac negligentiae communis velamen, appellat
MEV. ad jus Lubec. p. 2. a. 29. n. 3. § 4. quæ præterea
& illud malum parit, ut negligatur quod communiter
possidetur L. 2. pr. C. Quand. & quib. quart. pars deb. Et
licet fidem datam alias fallere jura non permittant, l. 1.
ff. de pact. l. 1. ff. de const. pec. tamen nec pactum valere,
ut perpetuo nexu quis ad communionem adstringa-
tur, nec unquam ad rerum communium divisionem
provocare possit, jura voluerunt. l. 14. § 2. ff. comm. div.
l. 70. ff. pro soc. l. f. C. Comm. div. neque enim pacta
contra jus publicum utilitatemve publicam inita, va-
lere debent. l. 38. ff. de paßt. Et ideo nec juramento
tale pactum firmitatem accipere, multi ex Juris Dd.
affirmant. vid. BESOLD. Consil Tübinger. 25. n. 10. post
ALEX. de IMOL. Vol. 2. Conf. 18. Quæ tamen doctrina
suspecta visa est JASONI in l. 26. §. 4. de Cond. Indeb. ob
regulam cap. 28. X. de Jurej. it. SCHNEIDEW. ad §.
Quædam Actiones n. 19. J. de Art. & BRUNNEM. in d. l.
14. §. 2. ff. comm. div. & merito! Quid enim, quod hæc
citra respectum ad jus Romanum, accuratius inspicien-
ti, dubium facile videri possit, an, ubi deliberato ani-
mo

mo quis perpetuo in communione vivere, promisit,
tanta utilitatis publicæ versetur certitudo, quæ aliquem
fidem datam fallere, absque conscientiæ lœsione per-
mittat? Sane nec ullum jus tam certum est, quod non
suos habeat contradictores, unde lites oriuntur. Et si
damnum quod quis sua culpa sentit, non sentire vide-
tur, quare incommodum, quod quis in communione
perpetua sciens volensque suscepit, æquo animo fer-
re, non adstringendus? Et si quis constitutam in al-
terius fundo, vel domo habet servitatem, quæ mater
rixarum haud raro efficitur, quare nec hic mutare vo-
luntatem licet? Et quare Germani, qui in aliis, v.g. circa
paœta contractuum præparatoria, subtilitatem Juris Ro-
mani non recepisse, sed in simplicitate Juris Gentium
permansisse, dicuntur, in hac materia apices Juris Ro-
mani, agnoscunt? Majus vero dubium videtur, an
non ultima voluntate & præsertim fideicommisso,
communio perpetua introduci possit? Sanè quod nec
hoc procedat, prolixè SCHNEIDEW. in §. *Quædam*
actiones, 20. sub act. Comm. div. n. 21. seqq. afferit, præci-
pua ipsius ratio est, quod nec ultimæ voluntates in
præjudicium utilitatis publicæ valeant. Eidem adstî-
pulantur BESOLD. *Consil.* 249. RICHT. de contragz. Disp.
13. *ib.* 2 lit. f. PEREGRIN. de Fideic. art. XI. n. 80. cum
pluribus alleg. Ast si valet dispositio, ne bona extra
familiam unquam alienentur, 157. f. ad L. Falz. & sic
fideicommissum Familiæ, per ultimam voluntatem
introduci potest, an non, cum divisio sit species alie-
nationis, & prohibitio divisionis perpetua valebit?
Certè valere, si Pater comminationem privationis he-
reditatis addat, aut sub expressa conditione commu-

nionis leget, fatetur BRUNNEM. in l. 14. §. 2. ff. comm.
div. n. 7. seq. ergo quidni etiam valebit, si voluntas Te-
statoris, cui de rebus suis liberè disponendi potestas re-
licta, aliis verbis feriam suam expressit voluntatem?
Illiud verò dubio caret, quod Testator ad evitandam
communionem, specialiter disponere possit, qualis ca-
sus in L. cum Pater. 77. §. Dulcissimis 20. ff. de Leg. 2. oc-
currit, quam pro Lectione cursoria sibi elegit

Nobilis ac Clarissimus Jurium Candidatus

DN. JOH. CHRISTOPH. OTTO,
cujus vita laudabiliter hoc usque peracta, pro more
hujus universitatis recepto nunc recensenda. Vitalem
hanc aspergit lucem, favente supremo Numinine, in Li-
bera S. R. J. Civitate Nordhusa, Anno Millefimo, sex-
centesimo, nonagesimo octavo, d. 18. Septembr. Paren-
tibus, Viro Plurimum Reverendo, Dn. JOANNE RI-
CHARDO OTTONE, in dicto, nativitatis Candidati
nostrri, loco, *ad S. Mariae Virginis in Valle, Pastore*, piæ
memoriæ. Matre Divini Numinis gratia adhuc su-
perfite: MARIA ELISABETHA, nata OFFNEYIN.
Avum habuit Paternum, Dn. JUSTUM HENRICUM
OTTONEM, Nobilissimi Senatus Nordhusani Zygostaten,
seu Libriperdem, cuius uxor, respective avia ejus pater-
na, fuit: MARGARETHA ELISABETHA, nata
STISSERIN. Avus ipsi fuit maternus: FRIDERI-
CUS WILHELMUS OFFNEY, Collegii Mercatorum,
in dicta S. R. I. Libera Civitate membrum Spectabile, hu-
jusque uxor MARIA ELISABETHA, nata KELL-
NERIA. Memororum antea parentum, indefessa, ab
ineunte statim Dni Candidati nostri ætate, fuit cura, ut
præ-

præcepta Religionis Christianæ imbiberet, quare la-
vacro Sacri fontis initiari, paulo post tempora nativi-
tatis ejus, curavere, posteaque privatæ Præceptorum
informationi, usque dum annum ætatis attigerit quin-
tum, ad instruendum in Regulis pietatis & Christia-
nismi, tradiderunt. Posthac, Albo Alumnorum Gym-
nasii Nordhusani, Rectore Dn. DUNCKELBERGIO,
p. m. fuit adscriptus, ubi singulas ejusdem Gymnasii
permigrando Classes, humanioribus artibus, aliisque
ad bonam educationem necessariis disciplinis, fuit in-
structus. Curam ibi & sollicitudinem laudat potissi-
mum, dicti Gymnasii Rectoris, DUNCKELBERGH
& ejus Successoris, Dni JOANNIS JOACHIMI MEIE-
RI, jam Pastoris ad S. Petrum in Monte, Nordhusæ, nec
non tunc temporis Conrectoris, nunc autem Recto-
ris ibidem dignissimi, Dni JOANNIS CHRISTIANI
WEBERI, utpote cuius tam publica, quam intra suas
ædes, privata informatio, ipsius in literis & historicis,
profectus, adauxit. Quo autem & exterorum in hu-
manioribus perciperet præcepta, dilectissimi antea
memorati Parentes, Anno 1717. ad Orphanotrophium
Glauchense, prope Halam Magdeburgicam, miserunt,
ibique Scholæ, ut vocant, latinæ, fuit insertus, ubi quo-
que per semestre spatum, nimurum à tempore Pascha-
li, usque ad terminum Michaelis commoratus, ac ma-
nuductio Dn. Inspectoris HEMPELII, Domini E-
SCHERTI, aliorumque ad acroases Academicas præ-
paratus, habiliorque & maturior est redditus, quibus
tandem in ipso Athenæo Halensi Inlyto d. a. 1717.
post festum Michaelis sese applicuit; postquam sub Pro-
Rectore Magnifico, Viro Summe Reverendo, Dn. AU-

GUSTO

GUSTO HERMANNO Frandzen, SS. Theol. ibid. Prof.
Publ. Ord. & Past. ad S. Ulric. d. 23. April. d. a. in numero
rum Civium Academicorum fuit relatus. Ibi Doctrinæ
Philosophiae naturalis, rationalis, & moralis sedulo
incubuit, ductore atque Doctore, Dno JO. MICH. HEI
NECCIO, Pot. Regis Boruss. ac Elef. Brand. Consil. Aulico
ac Prof. publico Ordinario. Studium Metaphysices, cum
Logico ac Physico, ex ore, Viri, non solum in Germa
nia sed apud exteris quoque gentes Celeberrimi, Dni
JO. CHRIST. WOLFFII, d. Regie Majest. ibidem Con
siliarii Aulici, ac Professoris Mathematicum Publ. Ord. percep
pit. Desuper, cum videret, sibi ad manus esse Viros
orbem literatum illuminantes, celebres Germaniæ no
stræ JCtos, Studium arripuit Juridicum, illudque per
tria semestria dicto in loco excoluit, præuentibus Dnis
CHRISTIANO THOMASIO, Universitatis Halensis Di
rectore, HENRICO à BODEN, p. m. JUSTO HEN
NINGO BOEHMERO, Sereniss. ac Pontentiss. Regis Bo
russ. Consiliariis intimis, ac Professoribus Juris Ordinariis, Dn.
GOETSCHIO, itidem Prof. Juris Ordinario p. m. aliisque
Juriū Professoribus, tam publice quam privatim il
lud illustrantibus. Audivit quoque ibidem Dnum D.
BOENIGKIU, Prædicum Celeberrimum, ad Institutio
nes Imperiales & Pandectas commentantern. Pera
cto, dicti temporis, hac in celebri musarum sede, spa
tio, jussu optimorum Parentum, Lipsiensem adiit A
cademiam, quo se in diem perfectiorem in scientiis &
disciplinis acquisitis redderet; hunc in finem, Collegia
elegit, Dn. D. RUDIGERI, Præcepta Logices & Juris
Naturæ, una cum doctrinis Physicis & Medicis, traden
tis. Intersuit quoque Lectionibus, Viri Perillustris
ac

ac Consultissimi Dni LÜDERI MENCKENII, *Illustris
Jutorum Lipsiensium Ordinis Antecessoris & Ordinarii,
Dogmata Juris Canonici & Criminalis illustrantis. Me-
thodo vero procedendi in foro Saxonico, à Dn. D. &
Professore SCHACHERO, Practico felicissimo, fuit
instructus, insuper Collegia Celeberrimorum ibidem
Jutorum RECHENBERGII & PHILIPPI, *Oraisis
Jtorum Senioris*, aliorumque frequentavit. Dnus D.
WEIDLINGIUS ipsum in Jure feudali eruditivit, &
apud Dnum Drem DÆGENERUM Collegium ad
Compendium Pandectarum Lauterbachianum, & præ-
ter hoc, Processuale elaboratorium, absolvit, sic hoc
modo biennium integrum in Academia Lipsiensi
transegit. Fundamentorum itaque processus Judi-
carii Saxonico-Electoralis gnarus, à modo dicta Aca-
demia recessurus, atque ad Praxin forensem se accom-
modaturus, vigore mandati Electoralis Saxonici Dip-
poldisvaldensis de anno 1691. coram Illustri Facultate
Juridica Lipsensi d. IX. Maii 1721. Examen subiit, pro
Praxi Juris licite exercenda, post quod, cum idoneus
fuerit dijudicatus, in foro admitti, Dresdam se contu-
lit, ibidemque coram Illustrissimo Regimine Saxonico-Electorali novo Specimine præstito, d. XVI. ejusd.
anni, juramento Advocatorum obstrictus, horumque
matriculae insertus est. Ex quo tempore Altenbargum
petiit, ibique singularem invenit patronum, sospitato-
rem, ac hospitem: Dnum Doctorem CONRADUM
SAMUELEM EILHARDUM, *Jcum & Advocatum
ibid. Aulicum Ordinarium*, ubi quoque per biennium, ac
in vicinis Dicasteriis Saxonico-Electoralibus, Praxi in-
cubuit. Notariatus insuper Publici Cæsarei Jurati di-
gnitas, ipsi A. 1723. Mense Jun. in Civitat. Altenburg.*

fuit

38

fuit collata, à Domino, CHRISTOPHORO de
KUNTZSCH, in Kuntzsch & Langenbrücken &c. Sacri
Palatii Lateranensis, Aulæque Majestatis Cæsareæ, &
Consistorii Imperialis Comite, nec non Consiliar. Sa-
xo-Gothan. Non ita pridem autem Perantiquam no-
stram Universitatem accessit, nomenque matriculæ Ci-
vium Academicorum dedit, eum in finem, quo voti, su-
premorum Jurium honorum capessendorum, compos-
fieri possit. Adiit itaque Collegium nostrum Fa-
cultatis Juridicæ, petitiisque, ut ad consuetum Examen
rigorosum admitteretur, cum autem cuicunque Janua
ad hoc Examen pateat, ei quoque non potuimus obes-
se, sed transmisimus more Consueto textus ex utroque
Jure elaborandos, exploravimus autem in ipso Exam-
ine & resolutis textibus, ipsius profectus, ac censuimus
non immerito esse æquiparandos illis, quibus summi
in utroque Jure tribuuntur honores; Nihil autem am-
plius supereft, quam ut specimen quoque eruditionis
suæ publicum edat; quam ob causam futura die Vene-
ris 9. Jul. Lectionem Cursoriam, hacque finita, Differ-
entiationem Inauguralem habebit. Horum Speciminum
testes quo habeat publicos, Maguifici Dn. Rectoris, Il-
lustrium Universitatis nostræ Procerum, Mocenatum,
Excellentissimorum omnium facultatum Professorum,
cæterorumque Patronorum, fautorum, florentissimæ-
que Juventutis coronæ, præsentiam, ea qua par est de-
centia, mihi expeto, & si iis libuerit, finito opponentium
munere, vires Candidati nostri tentare, amanter ro-
gantur. Publ. sub Sigillo Fac. Jurid. Dom. VI. post
Trinit. d. 4. Julii 1723.

(L. S.)

Erfurt, Diss., 1723

X 2386946

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

8
7
6
5
4
3
2
1
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
Centimetres
Inches

ERNESTVS TENZELL,³⁹

J. V. D. — 1723, 24

EMINENTISSIMI AC CELSISIMI PRINCIPIS ELECTORIS
MOGVNTINI CONSILIARIVS REGIMINIS, JUDICII PROVIN-
CIALIS ERFORDIENSIS ASSESSOR, AC DICTÆ CIVITATIS
CONSVL PRIMARIVS,

COLLEGII JCTORVM H. T. DECANVS,
AD LECTIONEM SOLENNEM QVAM VOCANT CVRSORIAM
SVPER

L. 77. §. 20. ff. de Legatis 2.
ET

DISSERTATIONEM IN AVGVRalem
DE

CONVENTIONIS REVO- CATIONE,

Von Aufkündigung der Loppel-Fagt/

DOMINO

JOAN. CHRISTOPHORO OTTONE,

Nordhusano,

Not. P. C. & Adv. Sax. Elect. immat. nec non Pract. Altenb.

J. V. CANDIDATO,

D. IX. IULII. A. M DCC XXIII.
IN AUDITORIO JCTORVM MAJORI
HABENDAS,

Decenter invitat.

QVANTVM PRO PAGELLARVM ANGSTIA LICVIT
DE

COMMVNIONE PERPETVA

DISSERIT.

ERFORDIAE, Typis GROSCHIANIS, Acad. Typogr.